



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos
instructa**

Busaeus, Johannes

Moguntiae, 1608

Blasphemia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)

1. Tim. 6. 8.

Laert. lib. 6.

1. Tim. 6. 18.

Tob. 4. 11. 12.

VIII. R E M. Si diues non es, & tamen inordinatè affectus ad opes, tolle affectum, & statu tuo contentus sis. *Habentes autem alimenta, ait Apostolus, & quibus tegamur, his contenti simus.* Sic enim securior, tranquillior, & ad virtutes cõparandas aptior existeris. nam & Philosophi Ethnici, vt Crates Thebanus apud Laertiũ, opes abiecerunt, vt aptiores esset ad capefendam sapiẽtiam. Si verò opibus abundas, non speres in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo, vt idem Apostolus monet, & diues fias in bonis operib. studeasq; facile tribuere indigentibus, communicare, & thesaurizare tibi fundamentum bonum in futurum vt apprehendas veram vitam. *Elemosyna, inquit liberalis Tobias, ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, elemosyna omnibus facientibus eam.*

VIDE V. Impatiẽtia in paupertate. Impatiẽtia in damno rerũ tẽporaliũ.

B

BLASPHEMIA.

*Remedia contra blasphemiam.*Exod. 20. 7.
Coloss. 3. 8.Iac. 5. 12.
Lcu. 24. 14.2. Reg. 12. 14.
Matt. 23. 31.

Mar. 3. 29.

Cypr. ad Iubaianum.

Basil. quæst. 273.

RIMVM Remediũ. Considera dicta Spiritus S. in factis literis. Primo. n. prohibet blasphemiam, vt in Exodo. *Non assumes nomẽ Domini Dei tui in vanum.* multo ergo minus ad blasphemiam. Et apud Apostolum. *Nũc autem deponite & vos oĩa, iram, indignationẽ, malitiã, blasphemiam.* Et. *Sit sermo vester, est est, non non 2. grauissimã poenã blasphemis denunciat.* Educ, ait in Leuitico, blasphemum extra castra, & ponant oës qui audierũt manus sup caput eius, & lapidet eũ populus vniuersus. Et ad regẽ Dauid. *Quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbũ hoc, filius qui natus est tibi morte morietur.* Et apud Matthæum. *Omne peccatũ & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autẽ blasphemia nõ remittetur.* Et apud Marcum. *Qui blasphemauerit in Spiritum S. non habebit remissionem in aeternum.*

II. REMED. Considera SS. Patrum sententias. CYPRIANVS de hæreticis baptizandis. *Si cuius patrĩ aliquis conuiciũ fecerit, si contumeliosus & procax pudorẽ eius & honorem maledico ore lacerauerit, indignatur filius, & irascitur & lesi patris iniuriã quibuslibet modis vindicare conatur. Tu Christũ putas impiis & sacrilegis, & in patrẽ suũ blasphemis impunitatẽ dare? BASILIVS in regulis breuioribus Ex ea blasphemia q̃ Pharisæi vsurparunt. (Matt. 12.) perspicuũ est eũ etiam nũc blasphemare Spiritum S. hoc est, detrahere Spiritui S. quicunq; effectus & fructus Spiritus S. aduersario ipsius attribuit: q; peccatũ incurrimus pleriq; nostrũ, q; securi periculi strenuũ sæpe numero temere appellamus ambiciosũ, & ei qui iusta indignatione pzelũ moueatur, & eã re indicã iracundiã calũniã impingimus, & ad eũdẽ modũ alia ini-*
quis

quis additū suspicionib. ementis nominib. de aliquo dicimus. **EPHRAM**, paranesi Ephr. tom. 8.
 43. Audes aperire os tuū audacter, et in cœlū verba emitte, iuramenta atq. blasphemias? et nō times, ne forte falx ignea, q. Prophetā vidit, demoretur in domo tua, donec ex
 ea, q. sub cœlo est, te excidat, dum sic audes os aperire aduersus Deū omnipotētē? in quē
 angeli, archangeli, Cerubin et Seraphin nō audēt oculos conijcere? **HIERON.** in epi-
 stolā Pauli ad Titū, in verba. Neminē blasphemare. Nō ait, neminē hominē blasphemare, sed absolute neminē, nō Angelū, non aliquam creaturā Dei. Omnia quippe q. a
 Deo facta sunt, valde bona sūt. Quādo Michael Archangelus cū Diabolo disputabat de
 Moyse corpore, nō fuit ausus inferre iudiciū blasphemiae, quāto magis nos ab omni ma-
 ledictō puri esse debemus. Merebatur diabolus maledictū, sed per archāgeli os blasphemia
 exire nō debuit. **CHRYSOST.** cōtra Anomæos. Qui Deū blasphemāt, et p. nihilo Chr. hom. 3.
 putāt, ipsi ledūt salutē et perimunt. Verissima namq. illius sententia est, q. blasphemis
 inquit hominib. Lapidem qui sursum iacitur, in ipsorum caput iaciunt. Vt. n. qui la-
 pidē illo iaculatur, corp. cœlesse non attingere, nedū lacerare pōt, plagā aut suo capite ex-
 cipit, cū lapis eodē vnde iaculatus est redeat, ita qui beatā illā blasphemāt substantiā, vt
 nūq. offendere eam pōt, sic ferrum aduersus animā suā acutē et parat, cū se ingrātū Do-
 mino bene merenti exhibet. **AVGVST.** de morib. Manichæorū. Est blasphemia, cū Aug. lib. 2. ca. 11.
 aliqua mala dicuntur de bonis. itaq. iā vulgo blasphemia nō accipitur, nisi mala verba de
 Deo dicere: de hominib. namq. dubitari potest. Deus verō sine controuersia bonus est. Et Id. c. 19.
 contra mendaciū. Ideo peius est blasphemare, q. peierare, quoniā peierādo falsā rei
 adhibetur testis Deus: blasphemādo autē de ipso, falsā dicuntur de Deo. Tanto est autē
 quisq. inexcusabilior, siue periturus siue blasphemus, quāto magis ea q. peierādo vel blas-
 phemādo asserūt, falsā nouerūt esse, vel credūt. Et in epistola ad Bonifaciū Comi-
 tē Cū dixit Christus, qui peccauerit in Spiritum S. vel qui verbū dixerit aduersus Spi-
 ritū S. nō vtiq. omne q. in Spiritum S. peccatur factū, siue dictū, sed aliq. certum et p-
 prium intelligi voluit. Hoc autē est duritia cordis vsq. ad finē huius vitæ, qua homo re-
 cusat in unitate corporis Christi, q. viuificat Spiritus sanctus remissionē accipere pecca-
 torum. Cum enim dixisset discipulis, accipite Spiritum sanctum, continuo subiicit. Si
 cui dimiseritis peccata, dimittetur ei: si cui tenueritis, tenebuntur. Huic ergo dono gra-
 tiæ quicūq. resistere et repugnauerit, nō remittetur ei neq. in hoc seculo, neq. in futuro.
III. REM. Considera atrocitatem peccati blasphemiae, quam liquido
 discere potes, primo ex diuina scriptura, quia blasphemiam quandā, ait, **Matth. 12. 31.**
 nec in hoc seculo, nec in futuro remitti, quod de nullo alio peccato dicitur.
 Deinde quia in epistola Iudæ dicitur, nec Michaelē Archangelū au-
 sum fuisse diabolo, licet dignissimo, iudicium inferre blasphemiae, 3. quia **S. Iudas. v. 9.**
 Iudæi ad auditā blasphemiam solent vestes discindere, vt fecit rex Eze-
 chias audita blasphemia Rabfacis. De qua re **HIERONYMVS.** Scindunt ve-
 stes, q. fuerant missi ad Ezechiam, quia Rapsacem audierunt blasphemantem. Scin-
 dit et ipse rex vestimenta sua, quia peccatorū suorū et populi esse credebat, q. Rapsaces **Isa. 47. 1.**
 cōtra Dominū talia sit locutus. Vnde et Pontifex quia Saluatore blasphemasse credebat **Hieron. ibid. |**
Matth. 26. 65.

- Act. 14. 13.* sciderunt vestimenta sua; & Paulus ac Barnabas de ferentibus sibi Dei cultum Lycaoniibus sciderunt vestimenta sua. Denique ne nomine quidem blasphemiae uti ausa est
- Iob. 2. 10.* vxor B. Iob, sed eius contrarius, dicens. *Benedic Deo & morere.* credens eum ilico expiraturum, si maledixisset: *S E C U N D O* discere potes ex dictis SS. Patrum. Nam Chrysostomus ad populum Antiochenum. *Nullum, inquit, gratiarum actioni par bonum, que madmodum blasphemia peius nihil.* Et Hier.
- Hier. in apologia, & 1. 7. cap. 18.* *R O N Y M V S* aduersus Ruffinum. *Blasphemia veniam non meretur.* Et in Isaiam, dum exponit verba illa, *A populo horribili.* Nihil enim ait horribilius blasphemia, quae ponit in excelsum os suum. Omne quippe peccatum comparatum blasphemia leuius est. Et *E P H R A E M.* desine, o homo, blasphemare, ne forte idem sermo quem contemnis fiat flamma in ore tuo, & tuam linguam comburat. Nam si homo homini pugnam suscitans, etiam pace iam facta, in conspectum eius prodire erubescit, quomodo tu hodie in mundo constitutus, & cras tribunali ipsius presentandus audes talia eloqui? & non metuis ne forte ignis de caelo descendat, & deuoret te, dum tu sic aduersus omnipotentem aperis? neque vereris, ne forte terra sub te repente disrumpatur & te absorbeat? *TERTIO* discere ex Ratione, eaque multiplici, quia crimine blasphemiae contumelia afficitur Deus in propria persona, & non in rebus ab eo creatis, sicut in furto, homicidio, adulterio: maior enim est contumelia illata Principi quam subditis. 2. quia persona Dei in infinitum excedit omnes personas alias, etiam Regum & Pontificum. 3. quia in aliis peccatis contumelia infertur Deo praeter intentionem: blasphemus autem primario intendit Dei contumeliam, volens quasi vindicare se de Deo. 4. quia est peccatum prorsus diabolicum, & proprium damnatorum in inferno. Vnde in Apocalypsi de iis ita scribitur. *Et factum est regnum eius tenebrosum, & commandauerunt linguas suas pro dolore, & blasphemauerunt Deum caeli pro doloribus & vulneribus suis, & non egerunt poenitentiam ex operibus suis.*
- I V. R E M E D.* Considera absurditatem huius peccati, quia è diametro pugnat cum omni iustitia, caritateque, quam Deo debemus, & ratione naturali. Nemo siquidem tam impius est, qui maledicat amico suo & benefactori, cum & bestiae ferocissimae minimo beneficio mansuescant. At à quo plura beneficia, maioraque consecuti sumus, quam à Deo? *Quousque tandem* exclamat pius *E P H R A E M* in parænesi ante citata, *exacerbamus eum qui tanta nobis bona donauit? qui puluerem è terra capiens formauit hominem, & inspirauit in eum Spiritum vita, qui cuncta subiecit sub pedibus suis, & nos dormientes custodit, & excitos protegit, & esurientes nutrit, ac nullos vestit, pusillanimes consolatur, corripit & miseretur, qui etiam filium suum unigenitum pro omnium vita tradidit.* Nos autem pro beneficiis eius spinas & tribulos proferimus, quorum consummatio in combustionem. Serui Regum & Principum non solum non maledicunt Dominis suis, sed nec patiuntur eos vlla iniuria lacessiri ab aliis, ut legitur de Abisai Duce bellico regis Dauid, qui maledicenti Semei voluit praescin-
- Ephr. l. cit.*
- Gen. 2. 7.*
Sap. 15. 11.
- Rom. 8. 32.*
- 2. Reg. 16. 10.*

præscindere caput. Sed neque Turcæ suo Mahumeto, nec Ethnici suis Diis licet falsis, maledicere audent, quâto minus nos audeamus Deo vero, æterno, optimo, maximo. Adhæc nihil æque cum omni ratione pugnat, quam amicum & benefactorem iniuria afficere, vt placeas Satanæ capitali tuo & omnium fidelium hosti, cuius instinctu omnes blasphemant: nihil denique æque stolidum & absurdum est, quâ eo genere peccandi delectari, quod horret Deus & homines, quod nullam nec animæ, nec corpori affert utilitatē. Quamuis enim omnia peccata obsint animæ, plurima tamen sunt, quæ saltem corpori aliquod allevamentum, voluptatem, vel lucrum conciliant; at blasphemix non solum certam animæ perniciem, verum etiam corpori sæpissime horrendum eumque subitum interitum afferunt, vt liquet ex exemplis iam subiiciendis.

V. R E M E D I V M. Considera quam grauitèr Deus etiam in hoc mundo peccatum blasphemix, non solum in Deum vel Christum, sed etiam in sanctos dictæ, castigari. Nam in primis, vt est in sacra Regum historia, & blasphemix Sennacherib regis Assyriorum angelus Domini vna nocte percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia; rex autem cum post reditum in Niniuem in templo Nesroch adoraret Deum suum, à filiis suis gladio trucidatus est. B. GREGORIUS, libro quarto dialogorum narrat puerum quinquennem assuetum blasphemare maiestatem Dei in sinu patris expirasse, animamque à Mauris, quos puer contremiscēs aiebat se videre, hoc est, à dæmonibus ablatam. THOMAS Cantipratenſis libro altero Apum, ita de quodam blasphemio scribit. SIMON de Tornaco Theologiæ Doctor & Professor celeberrimus Parisiis disputatione habita de humilitate doctrinæ Christi, in reprobum solum datus dixit. Tres esse, qui seculis suis mundum subiugassent, Moysen, Christum, & Mahumetum, Moysen infatuasse Iudæos, Christum Christianos, Mahumeth gentiles. Nec mora euerſis oculis pro humana voce mugitum emisit, & epilepsia statim elisus in terram die tertio eiusdem morbi vindictam accepit, mutusque mansit, non nominans nisi Aleyden suam concubinam. PETRVS Damianus in epistola ad Desiderium Abbatem Cassinensem commemorat in Burgundiæ partibus clericum quendam in bello, cum dixisset sententiam Euangelicam Christi, *Omnis qui se humiliat exaltabitur* falsam esse, repente gladio per os instar fulminis transfixum. MAGNUM speculum exemplorum ægens de illustribus viris Ordinis Cisterciensis, refert aleatorem quendam, cum per omnia membra Christi & Mariæ, horrendè iurasset, sic vt præsentès aures obturarent, & pectora tunderent, ilico corruisse, atque si ense transfossus esset, voceque horrida exclamasse. Heu heu miser, quis es, qui me interficis? Et volutatus aliquid tantum humi tartaream animam efflauit. Hinc in dorso eius reperta

4. Reg. 19. 35.

Greg. 1. 4. c. 18.

Cantip. c. 48.

P. Dam. lib. 2. ep.

15. Matt. 23. 12.

Spec. exemp.

43.



est plaga recens terribili hiatu dehiscens, quasi securi facta. Idem paulo post addit de alio, qui teste Abbate Gerebaldo, cum fœdissimè iurasset per secreta B. Virginis Mariæ membra, mox immundo spiritui traditus est, oculis euersis, facie inflata, & lingua ardente ex ore longius porrecta, donec animam eiecit. VVILHELMVS Lindanus apologetico secundo religionis Catholice, narrat, sub annum Domini 1567. in oppido Hollandiæ Aspera Anabaptistarum delirius imbutam mulierem in summa difficultate partus, Deiparam virginè appellasse seropham, cū à circumstantib. monita esset de auxilio eius inuocādo : ac cōfestim diuinitus punitā, & nigellas aliquot edidisse saculas licet emortuas. P. DAMIA. in epistola alia ad Desiderium Abbatem talē recenser historiam. Honorati cuiusdam diaconi narratione didici q̄ refero. In Bononiæ partibus duo quidam viri amicitiaē fœdere iuncti in conuiuio discumbabant. Gallū coctum in mensam allatū, in multas partes, vt mos est, alter dissecuit, & pipere liquato perfudit. Tum alter. Tam egregie dissecuisti gallum, vt nec S. Petrus illum redintegrare possit. Et socius. Sed etsi Deus imperet, nunquam ampl⁹ resurget. Ad quam vocem gallus repente viuus, & plumis coopertus exiliit, alas concussit, cecinit, & liquore conuiuas asperfit, q̄ in lepram conuersus est, qua non ipsi solum sed & posterī eorum laborarunt, Ab ecclesia autem perpetuæ seruitutis pœna deinceps multati sunt.

VI. REM. Caue occasiones blasphemandi, tū ibi, tū aliis. Tibi dupliciter. Primò, ne assuecas iurare p̄ Deum, vel sanctos, iuxta illud Sapientis. *Iurationi nō assuecat os tuū: multi enim casus in illa Nominatio verò Dei non fit assidue in ore tuo, et nominibus sanctorū non admiscearis. Et. vir multū iurās implebitur iniquitate.* Secundo, vt abstineas à lusu alearum & similib⁹, q̄ instituuntur deposita vtrinq̄ pecunia. Eo enim p̄ditur sumptus, quo alēda est familia. 2. fama, nihili enim sunt lusores. 3. tēpus pretiosum, quo operib. bonis lucranda est vita æterna. 4. cōsuetudo blasphemādi inicitur. Lusores enim fere sunt blasphemī, & ludēdi cōsuetudine se tales factos non diffitētur. ALIIS verò occasionē blasphemādi nō dabis, si vitā piā sanctamq̄ instituas; ac bonis opib. vaces, *Raro iam inueniuntur* inquit AVEVS R. scribens in caput 6. Ioannis, *inter Christianos, q̄ Christū lingua blasphemant, sed multi qui vitā.* Et in psal. 56. *Cum Deus laudatur: de bono opere tuo, opere tuo laudas Deū, Et cū blasphematur Deus de malo opere tuo, opere tuo blasphemas Deum. Itaq̄ ad aurium exhortationē cantā voce, corde ne sileas, vitā ne taceas. Si ergo bene agis, et q̄ manducas et bibis ad refectiōē corporis sumis gratias agēs Deo, et cibus tūc et potus laudat Deum. Si verò modū naturæ debitū immoderatione voracitatis excedas, et vino lentia te ingurgites, quātaslibet laudes lingua tua sonet, vitā blasphemat.* Eodē spectāt B. EPHRAEM verba, dū exponit illud Isaia. *væ his, per quos nomen meum blasphematur inter gētes. Quē admodum, inquit, operib. bonis Deus glorificatur,*

Lindan. cap. 11.

P. Dam. ep. 17.
lib. 2.Eccli. 23. 9.
v. 12.

Aug. tract. 17.

Ephr. in terro-
gat tom. 1.
isa. 52. 5.
Rom. 2. 24.

ita

ita contra malis actionibus blasphematur. Nam cum infideles intuentur Christianos, & instar Ethnicorum ipsi quoque in crapula & ebrietate vitam degant, ludentes atque saltantes cum cytharis & tympanis, non amplius distant, quod insensati sint Christiani, dum legem transgrediuntur: verum blasphemantes asserunt eos sicut traditum à Christo acceperunt, ita & facere.

VII. REM. Simulatque tētatio, vel cogitatio blasphemiae in animo tuo exoriri cœperit, confestim in ipsis principiis, tanquam ignis infernalis scintillam excute, dicendo cum Christo, *Vade Satana* Sic enim facies, quod Paulus optat dicens, *Deus pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter.* Et quod præcipit B. Iacobus, *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Et B. Petrus *Cui resistite fortes in fide.* Vt cunquam enim in nostra iniuria mansuetudinē exerceamus, tamen Dei iniuria quae fit per blasphemiam, nullo modo ferenda est. Moyses *mirissimus hominum super terram* in suis iniuriis sustinendis predicatur, ut liquet in contumelias à fratre & sorore ei illatis. At in vindicanda Dei iniuria accerrimus fuit. Etenim cum populus eo absente vitulum aureum fabricasset, & pro Deo suo adorasset, illam infaniam cernens, primo *tabulas legis à Deo acceptas ad radicem motis confregit.* deinde vitulum illum *cobussit & contriuit in puluerem, quem sparsit in aquam.* Tum ex illo puluere *portum filijs Israhel dedit, ut hoc plus vitulum suum horrerent.* Aaron fratre acriter obiurgauit, & ad populum clamauit. *Si quis est Domini iungatur mecum.* moxque ait. *Occidat unusquisque fratrem suum, & amicum & proximum suum.* Vides, quam vehemens Moses fuerit in vindicanda Dei iniuria. Sic in omni tentatione ad peccatum quo Dei honor violatur, non remisse, sed acriter agendum est. similis Moysi Paulus fuit cum ad Elymam Magum dixit. *O plene dolo & omni fallacia, usque quo non desinis pervertere vias Domini rectas? & ilico eum caecitate percussit.* Ac verò experientia probatum est, dicta voce Christi, *Vade Satana,* graues & horrendas tentationes fuisse perfligatas. Hoc antidotum est B. IOANNIS CLIMACI ita scribentis. *Qui blasphemiam spiritu se perturbari sentit, atque eo liberari cupit, pro certo habeat non suam animam huiusmodi cogitationem esse causam, sed impurum illum spiritum, qui aliquando Domino dixit. Haec omnia tibi dabo, si proci dens adoraueris me. Idcirco nos quoque continentibus ipsum, & quae ab illo dicuntur nihil aliud estimantes securi & intrepidi dicamus. Vade post me Satana: sermo autem dolusque tuus in caput tuum conuertetur, & in verticem tuum blasphemiam tuam descendet in praesenti, & in futuro saeculo. Qui praeter hunc modum aduersus blasphemiam spiritum pugnare vult, is et similis est, qui manibus suis coruscationem continere nititur.*

VIII. REMED. Confuesce Patri spirituali patefacere, cum alias graues tentationes, tum hanc blasphemiam imprimis. Est eiusdem CLIMACI, qui id confirmat hoc exemplo. *Monachus quidam studiosus cum à daemone perturbaretur cogitatione blasphemiae ad viginti annos, carnem suam ieiuniis & vigiliis macerare non desistit: cum verò inde nullam utilitatem se cepisse sentiret, profectus conscriptam in charta perturbationem ac tentationem suam sancto cuidam ac probatissimo seni obtulit in*

factum

Matt. 4. 10.
Rom. 16. 10.
Iac. 4. 7.
1. Pet. 5. 9.

Num. 12. 3.

Exo. 32. 19.

Act. 13. 10.

Matt. 4. 10.
Clim. gradu. 23.

Matt. 4. 10.

Clim. ibid.

faciem prostratus, nec illum intueri valēs. *Vt autē legit senior, subrisit, fratrem quē erigens dixit. Pone sili manū tuam super oculum meum. Quod cum fecisset, ait illi senior. Super collum meum sit frater hoc peccatum, quot quot annis te oppugnarit, vel oppugnaturum sit. Tu autem id observa, vt hoc iam floccipendas, et nihili aestimes. Quibus verbis ita roboratus est frater, vt non antē cella senis excederet, quā huiusmodi morbus euanesceret. Hoc autem is qui expertus est mihi postea enarrauit, Deo gratias referens.*

IX. REMED. Considera exempla sanctorum, qui nullis incommodis vel calamitatibus passi sunt se prouocari ad maledicendum Deo vel sanctis. Ea complura in medium producit B. CHRYSOSTOMVS, atque imprimis B. IOB in homilia, Quod nemo læditur nisi à seipso. Intuere, inquiens, quanta perpeffus sit Iob, non ab homine aliquo. sed ab eo qui omnium hominum scelestior est et crudelior. Quia si ille in manis et cruentus, tot machinis, tot fraudibus adhibitis, totque suppliciis non potuit cogere, vt peccaret Iob labiis suis ante Dominum: et hoc cum neque legem Dei accepisset Iob, neque redemptionis Christi ac resurrectionis eius gratiam fuisset consecutus: quanto magis tu his omnibus munitus, si velis, et ex fide auxilium Dei implores, non poteris superari. Et alibi aduersus Iudæos. At qui vxor consilium dedit vt Deo malediceret. Quid igitur? num subuertit sanctum illum virum mulieris consilium? Imo contrarium fecit, magisque sibi sumpsit alas, sic etiam vt increparet vxorem. Potius enim duxit innumera perpeti mala, quam blasphemia vlla tantorum malorum relaxationem consequi. Ibidem eandē animi constantiā suspicit in ægro triginta octo annos ad piscinam Bethesda sanitatem præstolante. Qui, inquit, quotannis currebat ad piscinam, et quoquo anno repellebatur, nec assequeretur sanitatem. quotannis conspiciebat alios sanari, propterea quod multos haberent à quibus curarentur, se verò, quoniam nullos haberet, qui ipsum exhiberent, in perpetua manere paralyti. Deinde in LAZARO, qui ait, cum fame, cum morbo, cum solitudine per omnem vitam colluctatus est, non triginta et octo annos versatus in his sed per omne vita tempus. Sic igitur et expirauit in diuitis vestibulo iacens, contemptus, irrisus, esuriens, canibus obiectus pabulum. Sic autem illius corpus debilitatum erat, vt nec canes irruentes, vlceraque illius lingentes possent abigere. Præterea in B. PAULO. Vide, inquiens, Paulum quanta passus est, quæ etiam enumerare difficile est, carceres, vincula, verbera, flagella, supplicia, à Iudæis lapidatur, virgis ceditur, præcipitatur, latrones incurrit, ab inimicis et falsis fratribus insidias perferit, intus timores, foris pugnas patitur, famem, nuditatem, calumnias, insidias, tribulationes, bestias tolerat; et quid opus est multa dicere? quotidie moritur, et tamen in his omnibus non solū nihil blasphemum ex ore suo profert, sed et gaudet, et gloriatur, atque exultans dicit. Gaudeo autem in passionibus meis. Et iterum. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus. Si ergo hic tanta patiens gaudebat, quæ erit excusatio his, qui pro paruis iniurijs, vel verberibus, vel qualibuscunque tribulationibus blasphemant?

V I D E V. *Consuetudo praua. Lingua abusus. Maledictio.*

CHO-

Chryf.

Id. orat. 51.

Ioan. 5. 5.

Luc. 16. 10.

Homil. Quod nemo, &c.

Colof. 1. 24. Rom. 5. 3.